

vendor esse potest. Intra hos cancellos, de quo iam loquimur, præparandorum remediorum artifex se continebit. Integri Rheobarbari dosis duarum drachmarum, decem stet assibus: ut sollet non nunquam, si copiosius aduehatur. Eliciat hinc aliquis drachmam vnā, partis eius sincerioris, aluum ducentis. Eam tribus dosibus seruientē, si eiusdem fuerit cum integro precij, triginta assibus, iurè videbitur metiri vendor. At quādo præparationis labor, aut temporis iactura tanti non est, pietatis ipsius fuerit, seruata æquitatis proportione minus exigere, & extracto preciū tolerabilius quām integro præfinire. Hoc omnis is aget, qui Dei spiritu du- **MEDICVS**  
cetur. Cūm enim diuina lex iubeat nos *vir bonus*  
ea quærere, quæ sunt proximi, vendet *esto.*  
quisque sua, non proprię vtilitatis principali fine: sed vt proximi sui commodum promoueat, vitam eius conseruet, nec ipse tamen familiaris rei iacturam vllam, quin potiùs honestū lucrum facturus. Hoc enim volet quoque ab alio  
sibi contingere. At iam πάτε, ὅσα αἱ θέλη- **Matt. 7.**  
τε, ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ αἱ θρωποί, γάτωκὲ ὑμεῖς πολ- **vers. 12.**

N

8178